



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 37. Concilii Provincialis Albani Statuta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

nec habitum cujuscunque Religionis Sæc. XVII.
 deferant, nisi sint Tertiarii. A. C. 1703.

§. XXXVII.

Concilii Provincialis Albani decreta.

Hoc item anno Clemens XI. Pontifex Mansi t. 6.
 Maximus Vincentio Zmaievich An-supplem.

tibarensi Archiepiscopo ac totius Regni
 Servia Primati, necnon Apostolico in
 Albania Visitatori præcepit, ut Albanæ
 Provinciæ Ecclesias visitaret. Hic ergo
 Pontificiæ voluntati morem gerens,
 cum non paucas corruptelas irrepfisse
 nosceret, Dominica secunda post Epi-
 phaniam in Ecclesia S. Joannis Baptistæ
 de Merchigne Alexiensis Diæcesis Pro-
 vincialem seu Nationalem celebravit
 Synodum, cujus decreta anno hujus
 sæculi sexto ex Typographia S. Con-
 gregationis de Propaganda fide latino
 sermone prodierunt, in quatuor partes
 divisa: Statutum igitur, ut Apostatæ
 a fide Catholica ad Mahometismum
 transeuntes ad Sacramentorum partici-
 pationem non recipiantur, nisi facta
 prius abjuratione publica: qui vero
 non reipsa, sed duntaxat se a fide vera
 defecisse fingunt, proin in Turcarum
 consortio Turcico more vitam degunt,
 ab hac communione excludantur: San-
 citum quoque, quod interrogatus de

Sæc. XVII. fide a iudice publica auctoritate suffulto
A. C. 1703. non possit tacere, aut ambigue re-
 spondere, sed aperte fidem Catholi-
 cam etiam cum vitæ periculo profiteri
 teneatur. Parochi autem sedulo in-
 culcent, quod in sola religione Catho-
 lica salutis securitas agnoscat, nec
 in festorum celebratione, jejunio &
 abstinentia & Sacramentorum admini-
 stratione Græcorum schismaticorum,
 sed Romanæ Ecclesiæ ritus observen-
 tur. Damnat etiam Synodus schisma-
 ticorum legem, parvulos urgente quo-
 que necessitate nonnisi a Sacerdote
 baptizandi; prohibet, ne Turcarum
 filii, ut a fæto, comitali morbo &c.
 liberentur, a Sacerdotibus Catholicis
 sicte adhibita Baptismi materia sine
 forma baptizentur, aut in Confirma-
 tione Turcæ vel schismatici Patrones
 agant. Eliminat consuetudinem, qua
 nullus ante vigesimum ætatis annum
 confiteri permittitur. Arceri præcipit
 a Sacramentorum usu eos, qui concu-
 binarii sunt, vel cum Turcis matrimo-
 nia inierunt. Episcopis mandat, ut
 quolibet saltem biennio suam Diæcesim
 visitent, & de illius statu S. Congre-
 gationem de propaganda fide certiores
 reddant, Ecclesias autem omnes per-
 actis Sacrorum solemnibus claudi cu-
 rent, ne latronum, Turcarum, ve-
 au

animalium fordibus contaminentur: Sæc. XVII.
A.C. 1703.
Parochi vero in diebus festis in Parochialibus Ecclesiis celebrent, dummodo velo obtegantur, si autem hoc scissum est, & collapsa Ecclesia, tantum sereno tempore ibidem, turbido autem in decentiori loco Parochialium ædium celebrent. Denique cetera partis quartæ decreta Parochorum vitam & honestatem, Missionariorum obedientiam & Albanæ scholas respiciunt.

§. XXXVIII.

*Plures perniciosæ doctrinæ libri ab
Atrebatensi Episcopo proscripti.*

Hoc item anno Atrebatensis Episcopus doctrinæ moralis puritatem conservandi studio animatus, edictum promulgavit, quo Patris Jacobi Platelii Jesuitæ *Synopsin Theologicæ practicæ* proscripsit, simulque alio edicto opera omnia moralia P. Georgii Gobat ejusdem Societatis censuris perstrinxit.

Die etiam tertio Octobris Parisiensis Universitatis Rector, Regis Franciæ jussu convocavit Philosophiæ Professores, eisdem declarans, Christianissimi Regis voluntatem esse, ut omnes decreto Anno evoluti sæculi nonagesimo primo contra undecim errores e Philosophiæ